

Dic secundum^t praeceptum.^u

Non assumes nomen domini Dei tui inuanum, quia non habebit Deus inno-centem, qui nomen ipsius vane vsurpauerit.³⁰

Quid significat nomen Dei et quid est nomen Dei
in vanum sumere?

5

Nomen Dei est, quicquid ex reuelato verbo de Deo praedicatur. Nomen au-tem Dei in vanum sumere significat irreuerenter vti nomine Dei sine honore et veneratione debita.

Quae sunt virtutes secundi pracepti?

Quatuor sunt praecipuae virtutes, in [14:] quibus consistit verus vsus nominis diuini: inuocatio Dei, gratiarum actio, confessio, et iurisiurandi religio: Invo-catio Dei est virtus, quae a vero patefacto in promissione euangelij et misso Filio petit bona aeterna et prae-sentia et repugnans dubitationi certo statuit, nos exaudiri et bona optata impe-trare iuxta ipsius promissiones propter Christum mediatorem. Gratiarum actio est testificatio animi, qua agnoscimus et profitemur, quod non casu, non humanis praesidijs, sed a Deo ser-uati ac defensi simus et quod vere nos respiciat, nobis adsit et opituletur etiam tum, quando destituimur a causis secundis. Confessio est vere et constanter coram Deo et hominibus ve-ram euangelij doctrinam profiteri, neque abijcere eam propter terrores, odia, supplicia aut alia quaecunque pericula. Iuramentum est asseueratio de re pōibili et licita facta cum inuo-catione Dei, quem^v petimus, vt^w sit testimonis dictorum et puniat fallentem et nos ipso teste ad 20 poenam obligamus quasi argentes eum mendacij, si non puniat fallentem.

^t II.: D, E, F, G.

^u Holzschnitt: Steinigung eines Gotteslästerers (Lev 24,10–16): B.

^v qua: E.

^w vt Deus: E.

³⁰ Vgl. Ex 20,7; Dtn 5,11.